



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXVII. De Osculo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Wesl. in par. ff. ibid. n. 6. d. i. quod tamen in iudiciis quoad originem secus esse, patet ex l. 3. §. ii. de pecul.

II.

Originalis causæ potentior virtus & effectus est, quam accidentalis, arg. l. qui habet 3. ff. de tutel. l. ex ea 121. §. insula 2. ff. de Verb. Oblig. Camill. Vistarini. ad rubr. ff. solut. matrim. n. 47. Franc. Niconit. ib. n. 83. Herman. Decus ad l. hoc edito §. hoc autem editum. n. 29. ff. de oper. nov. nunc. Sebalt. Sapia. ad l. si emancipati. n. 60. C. de colat. Regn. Sixt. 2. Confil. Marp. 14. n. 145.

III.

Filius sequitur originem patris l. 3. C. de municip. non avi, nisi in ejus potestate natus sit l. 17. §. 9. ff. ad municip. non matris, nisi justum patrem non habeat l. 9. ff. eod. vel nisi post patrem in captivitate defunctum à matre postliminio reversa natus sit.

Amplia: etiam legitimati patris originem sequuntur l. 3. C. de municip. & ii, qui in alio loco per transitum nati sunt, licet tamen hi & pro originariis locis nativitatis habeantur, d. l. 3. C. Carpz. P. 1. decis. 1. Denique & Baptismus originem inducit Perez. C. eod. n. 1. 2. & 4.

IV.

Origine quæ varia sunt, etiam sunt varia effectus. l. obligationum 44. ff. de O. & A. §. i. Inst. de action. Lud. Gomez ad §. superest. Inst. de action. n. 46. verbi causa, officium judicis & actio varia sunt origine, quia actio est de jure civili. Bart. in l. frater. col. 3. & l. Julianus. col. 7. de condit. indeb. Officium autem judicis juris gentium, Lancellor. Galiaul. in rubr. de Verb. Oblig. col. 2. p. 12. Si itaque sunt varia, unum non potest dici aliud, ut nec actio personalis, nec realis vocari potest, cum variae sunt origine. Ludov. Gomez. d. l.

V.

Ubi aliquid in origine sua habet certum statum, præsumitur talis status semper adesse: imò quasi possessio juris alicujus contra talem statum primitivum omnino tollit hanc præsumptionem, Bart. & Dd. in l. si prius n. 3. & oppos. 3. part. pr. de oper. nov. nunc. v. c. cum naturaliter ab origine prima, & postea in progressu omne prædium liberum sit. l. alius §. C. de servit. Ideo quicumque dicit prædium esse servum, contradicit origini & progressui naturali, ac propter hoc ipsi incumbit onus probandi, licet sit in quasi possessione servitutis. Angel. in l. si prius. vers. tu dic. col. fin. de oper. nov. nunc. dissentiente Alciat. de præf. l. regul. 2. quem tamen satis refutat Pacian. 2. de probat. c. 20. n. 10. & seqq. vid. & Befold. consil. 18. n. 12. & 19.

VI.

Ex radice infecta non potest nasci virens surculus, Zas. 1. consil. n. 30. lib. 1. nec rami inde provenientes pullulare. Pingizer. qu. Sax. 12. n. 40. Bald. in l. 20. C. de locat. gloss. in l. 31. §. mancipia. ff. de edil. edict. Reusn. consil. 1. n. 220. lib. 1. exemplum vide apud Gothofr. Anton. dist. feud. 6. lib. 1. lit. A.

VII.

Originis conditio ne pateat, sæpe fit temporis longinquitate, cap. longinquitate 64. 12. q. 2. Wesl.

semb. in par. ff. de LL. n. 9. Reinck. de regim. secul. 1. cl. 4. cap. 2. n. 33. & seqq. 33. n. ii.

CAP. XXXVI.

Ornatus vid. Rubr. Vestis.

Axioma I.

Ornatus Christianorum verus non sunt splendide vestes, sed mores boni. cap. fucare 38. de consecrat. dist. 5. quia duplex, interior scil. §. 1. dist. 40. & exterior §. 1. dist. 2. hinc & humilitas in Episcopo ornatus maximus dicitur. cap. contra 8. in fin. dist. 100.

II.

Ornatus exterior tolerabilior est in foeminis, quam in viris. c. fucare 38. de consecratione, dist. 6. vid. C. l. A. in tit. de auro, argento mundo, orn. nam. thes. 10.

CAP. XXXVII.
De Osculo.

Axioma I.

Inter privilegia dignitatis refertur osculum, dandi potestas l. 1. C. de domestic. & proest. Ita beneficii loco Emeritis dabatur potestas adeundi principem ejusque purpuram adorandi l. 1. C. de Apparitor. præf. urbis. sicut hodie primoribus & consiliariis manum principis, pedem pontificis osculari conceditur. vid. Perez. C. d. 1. n. 1. 2. 3.

II.

Sponsalitia largitas, quæ quandoque donatio propter nuptias vocatur & ad amorem conciliandum datur, si quidem non intervenerit osculum, tota restituitur à sponsa nuptiis non secutis, hoc autem interveniente dimidia retinetur. l. 15. C. ibi, Gothofr. de donat. propter nupt.

III.

Si virgini invitæ osculum rapiatur, infertur injuria realis, uti respondit Facultas Juridica Lipsiensis anno 1634. ad M. Christophorum Eusebium Steinhusi quod præjudicium recenset Dn. Thomas in annotat. ad Simuch. dissert. Justin. XIX. thes. 14. p. m. 258. seq. ubi de hodiernâ observatione ratione personarum innuptarum dubitat.

CAP. XXXVIII.

Otium.

Axioma I.

Mens frustra vacans, nihil bonum parit. Novell. 133. c. 6. conf. not. ad Electa Scaligerea, nostra, b. tit.

II.

Sunt quidam fratres otiosi, qui ex sola Ecclesiasticarum rerum consumptione Clerici apparent. l. 42. §. 10. C. de Episcop. & Cleric. ubi d. in præf. de jure sacro.

III.

Otiosis privilegia officii sunt adimenda, Perez. C. de profess. & med. n. 6. in fin. & inertes sunt puniendi, præsertim quando inertia in aliorum damnum tendit, e. gr. mendicantium validorum, Brunnem. C. de mendic. valid. n. 2. Sollicitus ergo Magistratus esse debet, ne cives sint otiosi.